

ORPHEI DOCTRINAM
CONSIDERANS
ILLVSTRISSIMVM
DOCTOREM
AC DIVINISSIMVM
DE CAELO QVONDAM HISCE DIEBVS
MISSVM
SVSPICIT ET COMMENDAT
PROVINCIALE RVTHENORVM
COLLEGIVM
CALAMO
DIRECTORIS.

SVIDAS de Orpheo:

Ἐφησε δὲ, ὅτι Φῶς, ῥήξαν τὸν αἰθέρα, ἐφώτισε τὴν γῆν καὶ
πᾶσαν κτίσιν· ἐκεῖνο εἰπὼν τὸ Φῶς τὸ ὑπέρτατον πάντων, τὸ
ἀπρόσιτον, τὸ πάντα περιέχον. ὅπερ ὠνόμασε βουλὴν, Φῶς, ζωὴν.
Ταῦτα δὲ τρία ὀνόματα μίαν δύναμιν ἀπεφώνησε, καὶ ἐν κράτος
τοῦ δημιουργοῦ πάντων Θεοῦ.

G' E R A E

EX CHALCOGRAPHIA VIDVAE SCHRADERIAE.

Lit. Graec.

A. 450/14

* * * * *

Orphei nomen vossivs a), a Phoenicibus, per linguam Arabum deriuat, quibus *Arifa* scire, *Arif* sciens, eruditus. Id quidem animo pateremur aequiore: ni dubium, an Orpheus aliquis in natura rerum exstiterit, hinc eliceretur. Licet enim alii quoque nominatim PETR. DAN. HVETIVS b), NATALIS ALEXANDER c), IO. CLERICVS d), prae ceteris, in eandem sententiam venerint, cumque reliquis coloribus, ad testimonium Stagiritae prouocarint: omnis tamen antiquitas reclamatur e); neque primi Christianorum doctores, in certamine cum profanis hominibus, Orphea suum iactantibus, et cum ipso CHRISTO comparantibus, eius generis negationem opposuerunt f). Potius ergo quaerimus, anne plures fuerint, quod alii malunt, Orphei. TERTULLIANVS g), per *ἀντρονομία*, omnes ita dixisse videtur, qui, quae sacram ad disciplinam, et ad cerimonias profanarum gentium sanctiores, pertinent, litteris sunt complexi. Sed nos inuitant, de quinque viris, hoc insignibus nomine, SVIDAE h) testimonio confirmata. Quid passim valeat istud, alius est loci disquirere. Nunc certe res ipsa confusionem satis indicabit; quam num, iure suo, Graecis generatim tribuerit ALEXANDER ab ALEXANDRO i), quorum interest, perpendant. Perperam vero distinguit SVIDAS Ciconaeum, Odrysiem et Thracum regem: quia Cicones in Bisaltia Thracia fuerunt k); Odrysiique vocabulum etiam generatim Thracium indicauit. Itaque facillimum fuit, in crebra poëtarum *συμπεδοχῆ*, significationes, aetate praesertim recentiore, cumulari. Iure maiori, cum FABRICIO l), seiungemus Camarinaeum et Crotoniatam iuniores; quorum posterior, aequalis Ono-

a) *de artis poët. nat. et constit.* c. 13. §. 3. p. 31. T. III. *Opp.* Alii aliunde deriuant, quod docet GODOFR. KIRBACH *Orphei theologia* sistens §. 3. Quibus addi meretur LAVAVRIANA de Graecorum *Ὀρφεός* vel *Ὀρφεύς* niger. b) *demonstr. euang.* prop. III, c. 8. §. 19. p. 134. sqq. ed. Amst. 1680. c) *H. E. V. T.* aetate mundi III, c. 8. p. 357. d) *Bibl. Chois.* T. XXVII, P. II, art. 4. p. 434. e) OL. BORRICH. *de poëtis* diss. I, §. 17. f) Contrarium patet ex IVSTINI *adhortatione ad Graecos* p. 15. ATHENAGORAE *legatione pro Christianis* p. 17. sq. TATIANI *or. ad Graecos*, passim, cet. g) *In apolog.* c. 22. CASP. BARTH. *aduers.* LV, 5. h) voc. *Ὀρφεύς*. i) *gen. dier.* II, 14. ante fin. k) c. g. OVID. *met.* VI, 490. sq. Odrysa quippe fuit vrbs Thraciae, quam Odrysus, Thracum atque Phrygum auctor, condiderat EPIPHAN. L. I. p. 8. conf. PLIN. *H. N.* III, 2. l) *B. G.* I, 19, 4. p. 129.

Onomacriti ac tyrannorum Atticorum, *hymnos* a plerisque scripsisse dicitur. Sic et VOSSIVS *m*) Argonautam a poeta distinguit, ac posteriorem ipsum Onomacritum fuisse, TATIANO duce, iudicat. Inde vel secum ipso pugnat vir magnus: vel ad solum *περὶ λιθῶν* librum locus est adstringendus; vbi, contra LUDOVICVM NONIVM, qui vatem antiquissimum dixerat *n*), ORPHEVM et MVSÆVM sub Caesaribus demum Romanis scripsisse, contenditur *o*). Vixit quidem aliquis Orpheus initio Caesarum: sed is Hortensii seruus erat, in *ἑρσοτέρω φείω* ceruos, apros et capreas, buccina conuocans *p*); neminem vero suauitate carminis oblectans. De nostro singulatum plura dicendi forsitan occasio foret; si, quae de ipso scripsit HERODOTVS *q*), vel EPIGENES *περὶ τῆς Ὀρφείως ποιήσεως* *r*), et NICOMEDIS liber *περὶ Ὀρφείως*, cum SYRIANI PROCLIQUE lucubrationibus *s*), aetatem tulissent. At tamen, tot eo pertinentia supersunt, in scriptis antiquis, vt et ista iactura nobis tolerabilis videatur. Hauserunt inde plures, quos passim adlegamus *t*). Neque tamen nobis, ad institutum nostrum progredientibus, deerit collectio spicarum. Sunt, qui, praeter fidem, Aegyptium dicunt *u*). Iure vero Thrax adpellatur, siue Scytha, nominatim Libethrius *x*). Erat Libethra, seu Libethrus, vrbs Pieriae vicina, nec minus Magnesia mons ad Thessaliam, cum eiusdem nominis fonte, praesidio Musarum *y*); vnde Musae Nymphaeque Libethrides dicebantur *z*). Parentes Orphei diuersos diuersi referunt. MYRLEANVS ASCLEPIADES *a*) Apollinem et Cal-

2

liopen *m*) *de orig. et progr. idol.* I, 39. p. 106. T. V. opp. TATIAN. in or. ad Graecos p. 183. ed. Oxon. 1702. Duo quidem etiam Orpheos agnoscit explanator APOLLONII ad *Argon.* I, 23. Addi merentur haec SVIDAE: Ὀρφεὺς κροτωνιάτης, ἐποποιὸς, ὃν Πεισιστράτω συνέβαινεν τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἑκτῷ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν, δεκάστηριαν, Ἀργοναυτικά καὶ ἄλλα τινὰ. et CLEMENTIS Alex. L. I.: Ναὶ μὲν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφεία φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν κ.τ.λ. *n*) *rei cibariae* III, 34. *o*) l. c. III, 13. p. 486. a. *p*) VARRO *de R. R.* III, 13, 3. VOSS. *instit. rhet.* III, 10, 4. T. III. opp. p. 194. a. *q*) teste PHOTIO cod. LXXX. *r*) teste CLEMENTE Alex. *strom.* L. V, p. 571. *s*) v. ANDR. CHR. ESCHENBACH *Epigenes de poësi Orphica* sub fin. praef. *t*) Praeterea, ATHAN. KIRCHERVS *Oedipi* L. II. P. I. p. 150. vbi corruptissima de Orpheo traduntur, 10. FRANC. BVDDEVS *H. E. V. T.* T. I. per. II. sect. 2. ad §. 18. p. 1003. sqq. *u*) PAVS. VI, 20. ante fin. *x*) ORPHEI *Argon.* v. 1370. sq. *y*) PLIN. *H. N.* III, 9. SOLIN. c. 13. fin. MELA II, 3, 36. *z*) VIRG. *ecl.* 7, 21. *a*) NATALIS COMES VII, 14. init.

liopen vocat. Alii verius patrem Oeagram, non fluuium sed hominem, faciunt β), quantum ab Atlante, ex Aleyone filiarum aliqua γ), qui prope Pimplam montem δ), in Pieria, Bistonibus Thraciae populis praefuerit, quod EDVARDVS SIMSON ϵ), ex *Argonauticorum APOLLONII* principio, docet: vti PLINIVS ζ), circa Ponti littora, Morifenos atque Sithonios, nostri maiores, quaesuit. De matre sub iudice lis manet; praeter Calliopen fabulosam η), Polymnia, Menippe, Thamyride, venientibus in censum. TZETZES θ) quidem, veram illius matrem, Menippen Tamyridis filiam fuisse, credidit. Inter fratres, a quibusdam Ialemus et Hymenaeus commemorantur. Vitae tempus varium constituitur. Iudicibus tamen Israëlitarum extremis aequalem faciunt plures. Praestantiam antiquitatis et recentioris temporis consensio probat. Quamuis enim, quod Thrax fuerit ι), in sapientum numerum recipere nolit ANDROTION κ), certeque dubitet DIOGENES Laërtius λ): aequiores tamen plurimi fuerunt. Eruditione singulos, post hominum memoriam, antecelluisse dicitur a DIODORO Siculo μ): *sacer interpretsque deorum* AFLACCO ν); sapientissimus et multorum mysteriorum peritissimus a SVIDA. De recentioribus autem, vir maximus adpellatur, a IO. FR. BVDDEO ξ); et a IAC. BRVCKERO \omicron), id Graecis fuisse creditur, quod Mose Iudaeis, Chaldaeis Zoroaster, Mercurius Aegyptiis. Vt ad singularia descendamus, tamquam philosophus, astronomus, theologus, medicus, poëta, musicus excellentissimus consideratur. Haud praeter caussam, HIPPOBOTVS, in descriptione philosophorum, eum primo loco posuit π). Astronomiam, forte pariter astrologiam, adeo coluit, vt omnino reperisse

β) PLATO in *συμποιώ* p. 178. infer. ed. Bas. DIOD. Sic. III, 25. Hinc et Oeagrium vocat MANIL. V, 326. γ) SVIDAS v. Ὀρφεύς TZETZES *cb.* VI, 91. δ) APOLLON. *Argon.* L. I. post init. ϵ) in *chron. cathol.* ad A. M. 2743. ζ) H. N. III, II. post init. η) PAVSAN. VIII, 30. p. 768. ed. KÜHN. SVIDAS v. Ὀρφεύς contendit tamen eam Oeagri fuisse coniugem APOLLON., vt et ORPHEVS *Argonaut.* I, 76. et 1373. conf. LVCIANVS *de astrologia* T. I. p. 851. θ) *chil.* I, 133. VIII, 157. ex EVRIPIDIS *Rheso* v. 944. ι) hos aequius, tamquam Musis amicos, laudat STRABO L. X. *geogr.* κ) apud AELIAN. V. H. VIII, 6. λ) in *prooem.* n. 5. vel 4. ed. LONGOL. quem autem HANOVIVS in *disquiss.* refutat p. 349. sq. μ) III, 25. ν) *de A. P.* 391. sqq. ξ) *hist. philos.* 3, 29. p. 79. \omicron) in *Frag. aus der phil. Hist.* P. I. L. II. c. I. §. 6. p. 234. π) v. DIOG. Laërt. I, 42. vel I, 1, 14. fin. conf. GREG. Naz. *or.* XXXVIII. p. 626. ed. opp. 1690.

risse narraretur, atque magis accenseretur apud PAVSANIAM e). Sanctior eius doctrina, quamuis, vel in maximi momenti rebus, diffidia prodat, adeo tamen auctoritate valuit, vt eadem, TVLLIO teste, vel Chrysippus niteretur. Eam igitur merito singulatim exposuere KIRBACHIVS σ) et LEHMANNVS τ): ob quam etiam *Threicium longa cum veste sacerdotem* nuncupauit VIRGILIVS υ). At sacras simul instituit, cum τελετὰς, tum χησιμωδίας φ). Porro, quem ad modum tunc fere penes sacerdotes erat medicina: sic eam pariter, naturalemque doctrinam, ita coluit, vt *ιάματα νόσων* inuenisse χ), deque herbis aliqua primus omnium curiosius consignasse ψ), crederetur. Arte demum poëtica musicaque tam valuit, vt, et Sirenas cantu superasse ω), et saxa, feras, arbores, filuas aa) traxisse, diceretur. AVGVSTINVS bb) certe memorat, *inter theologos poëtas, Orphea maxime omnium esse nobilitatum*: et CLEMENS *ιεροφάντην ἄμα καὶ ποιητὴν* nominat. Comparauerat eam sibi dexteritatem, initio quidem, Lino Chalcidensi magistro, quem gloria musices omnes praestitisse, refert PAVSANIAS cc). Nec autem eam ibi solam; verum etiam astronomiam, κοσμολογίαν, doctrinamque naturalem dd), hausisse videtur. Cum simul non vulgarem, in doctrina veterum sanctiore, scientiam adquisiuisset: in Aegyptum profectus, multa praeterea didicit ee). ARTAPANVS addit, ipsum ibidem etiam doctrina Mosaica multum esse iutum ff). Non praeter causam quidem, quod et Abraamus, et Iacobus, et Iosephus cum fratribus, ibi tanta valuerunt auctoritate, totque miraculis veritas

e) VI, 20. ante fin. VIII, 30. conf. PLIN. XXX, 1. CASP. PEVCER de praecipuis diuinationum generibus cap. de magia, 10. FILESACVS de idololatria magica c. 6. Defendit autem Orphea GABRIEL NAVDAEVS in apologia pro viris illustribus, falso magiae insimulatis c. 9. σ) l. c. §. 13-18. τ) in obff. ad Budd. T. I. 293-309. υ) Aen. VI, 645. φ) PLATO in Protagora p. 285. infer. conf. PROCLVS in Platon. theologiam V, 10. init. vbi ὁ τῶν Ἑλλήνων θεολόγος dicitur. et GREG. Naz. or. III. p. 127. χ) PAVSAN. VIII, 30. p. 768. ψ) PLIN. XXV, 1. post med. ω) Orpheus et Apollonius in Argonauticis, quorum versus adfert NATALIS mythol. VII, 13. aa) OVID. Metam. X, 86-103. DIOD. Sic. III, 25. bb) de C. D. XVIII, 24. init. conf. c. 14. cc) VIII, 29. p. 766. dd) colligimus hoc ex DIOG. Laërt. I, 4. seu prooem. n. 3. ee) ORPH. Argon. v. 100. DIOD. Sic. I, 23. et 96. sq. III, 25. SVIDAS v. Ὀρφεύς, WOLFG. LAZIVS in GRONOV. thes. A. Gr. T. VI. p. 3500. ATHANAS. KIRCHER. Obelisci Paphis II, 3. ff) IO. LVD. VIVES ad AVG. de C. D. XVIII, 14. conf. EVSEB. praep. euang. X, 1. Sic et CEDRENVS: τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος εἶπεν ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ πλασθῆναι ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπὸ αὐτοῦ λαβεῖν λογικὴν καθὼς Μωσῆς ἐξέθετο.

tas confirmata fuit, vt non possent non singulares in animis stimuli remanere. Iunxit alia noster; sic, vt, quod de Pythagora IAMBlichVS gg) refert, in eum posset accommodari: κατὰ τὴν Ἰαγυπτὸν ἐν ταῖς αἰδέτοις διέτελεσεν ἀστρονομῶν, καὶ γυμμετρῶν, καὶ μουόμενος, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς. Quam diligenter nominatim in mysteriis profecerit hh), cum Aegyptiorum ipsa monumenta declarant ii), tum inde patet, quoniam quasi cognomen Aegyptii retulit. Hinc redux, apud Thebanos aliquamdiu versabatur, a quibus honorificentissime habitus, vt, in vniuersa Graecia, singularem gloriam consequutus est kk). Praecipue, dum, si vel maiestatem ademeris regnumque Ciconiorum ll), vita corroborebat doctrinam, sobrietatem insignem ac temporantiam prae se ferens. Hinc Orphica dicebatur vita mm), quam sequebantur Pythagorei, περὶ ἀποχῆς ἐμφύχων opinionem professi. Adhaec ipsius institutio, carminum ac fictionum notabili suauitate condita nn), diuinum cultum, ad indolem saeculi, praedicabat oo), et munitissimam, ad felicitatem beatitatemque, viam pollicebatur pp). Sanitati pariter corporis inseruiebat Orpheus, et aegrotis plurimis medebatur. Inde factum est, vt eodem non pauci fabulam accommodarent, de coniuge ab inferis reducta. Neque mirandum, illius praeceptiones, regulas ac leges, tot se viis in animum insinuantes, vel feros adhuc homines iugique minus patientes, ad ciuilem vitam, formasse qq). Num autem publice fictitiam religionem, clam ἀθεότητα docuerit, quorum interest peruestigent rr). Equidem hic in eamdem

gg) I, 4. bb) EVSEB. X, 8. FRANC. PATRICIVS de regis institut. L. II. tit. 16. p. 132. ii) DIOD. Sic. I, 92, 96. Idem L. V. simul memorat Idaeos Dactylos, incolas Cretae, in Samothracia versantes, Ophiei doctores fuisse γόντας ὑπάρξαντας. Excerptit locum PETR. LAMBECIVS in prodrōmo bist. liter. p. 174. ed. FABRIC. kk) HANOV. l. c. p. 340. §. 12. ll) quod vindicant ORPHEI Argon. v. 76. sq. APOLLON. Arg. v. 34. mm) PLATO de legg. L. VII. sub fin. ERASM. adag. III, 7, 99. ESCHENBACH l. c. p. 186. sq. Inde PAVS. X, 7. narrat, Ὀρφεία σεμνολογία τῆ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου καὶ Μουσαῖον τῆ ἕς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφείως οὐκ ἐθέλησαι κ. τ. λ. nn) DIOD. Sic. III, 25. oo) STIDAS v. Θεσηκεύω, HOR. de A. P. v. 391. sq. ESCHENBACH l. c. in primis vbi τελεταῖς, Θεσηγονίαν, ὠοθυτικά, χησημοῦς, ὀνομαστικά, ἱεροῦς λόγους, et φυσικά, percenset. Θεσηγονίαν maxime prodidit DAMASCIVS περὶ ἀρχῶν, vnde excerpta dedit insignia IO. CPH. WOLF, in anecdotor. Graec. T. I. p. 195-262. quemque librum adlegant CUMBERLANDVS in Sanchun. p. 180. et CVDWORTH in syst. intellect. c. 4. §. 17. p. 352. pp) HANOV. p. 348. sq. qq) HERACLITVS περὶ ἀπίστων c. 23. ed. TH. GALEI. rr) v. ex altera parte

dem cum Socrate classem retulerim Orphea; fanioŕem forte priuatam ſententiam fuiſſe, quam ad populi genium conuerſam, arbitratuſ. Si quiſ autem confuſionem naturae cum DEO ſſ) dixerit ἀθεότητα, minus me repugnantem haberet: ſed idem hanc ipſam, ab inſtitutione publica, temere ſeiungeret. Indidem aliquatenus Orphica docendi ratio patebit. Vulgum lyra conuocabat, et carminum fabularumque oblectamentis, deliniebat: propoſita vero, ſuperſtitionibus et cerimoniaſ, quas aeque τελεταſ nominant ſſ), firmabat. Haſ ipſas, ad imitationem Aegyptiorum, arcanam iungens inſtitutionem, ſeorſum ſi) ſuiſ exponebat, demonſtrabat et inculcabat adſidue. Sed, poſt curioſiſſimum ſelectum, ac plures deſiderantium τελεταſ κκ), ſiue praeparationes, admittebantur demum, ſilentii fiducia γγ), probati. Naſcebantur ita Panathenaea, theſmophoria, Eleuſinia, et alia ſacra Graecorum arcana ζζ). Sententiaſ ipſas, praeter Pythagoreoſ, nominatim illoſ, qui ſub Orphei nomine ſcripſerunt αα), miſcuere paſſim PLATO ββ), DIODORVS Siculoſ γγ), STRABO δδ), PLVTARCHVS, PAVSANIAſ, CLEMENS Alexandrinuſ, EVSEBIVS, IVSTINVS, ISAACVS TZETZEſ εε), et alii ζζ). De recentioribuſ autem maximi praecipue fecerunt BURNETIVS ηη), et ESCHENBACHIVS. Sed iam, aetate ſua, plurimoſ habuit amicoſ, diſcipuloſ et mox imitatores.

parte V. E. LOESCHERI praenot. contra Deift. §. 5. ex altera IAC. FR. REIMMANNI biſt. atheiſmi c. 16. p. 117. et IO. IAC. STRBII diſſ. de atheiſmi origine §. 24. ſſ) I. F. BVDDEI H. E. V. T. T. I. p. 1077. ſed conf. etiam HANOV. p. 344. ſq. §. 21. ſq. ſi) PLATO πολιτ. L. II. p. 384. βίβλων δὲ ὁμαδὸν παρέχονται Μουſαίου καὶ Ὀρφέωſ, ſελήνηſ τὲ καὶ Μουſαίων ἐγγόνων, ὡſ Φαſι, καθ' αὶſ θυηπολοῦſι πείθοντεſ οὐ μόνον ἰδιώταſ ἀλλὰ καὶ πόλεις ὡſ ἄρα λύſειſ τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων δια θυſιῶν-εἰſί δὲ καὶ τελευτήſαſιν αὶſ δὴ τελεταſ καλοῦſι. ſi) ἱεροῦſ ergo λόγουſ incipit: φθέγξομαι οἶſ θεμίſ ἐſτί, θύραſ δ' ἐπίθεſθε βέβηλοὶ πάντεſ ὁμῶſ κ. τ. λ. ESCHENB. p. 10. ſq. 137. ſq. κκ) PLVT. in L. περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖſ Δαιδαλ. vbi περὶ τὰſ τελεταſ ὄργιαſμοὶ καὶ τὰ δρώμενα ſυμβολικῶſ ἐν ταῖſ ἱεροργίαſιſ memorantur. γγ) ARTEMIDOR. II, 42. CASAVBON. exerc. Antibarōn. XVI. p. 393. ſq. ζζ) CIC. de legg. II, 14. ſq. THEODORET. de Graec. affect. eur. ſerm. II. BRVCKER l. c. p. 240. ſq. Sic et orgia Bacchi conſtituit. LACTANT. diu. inſt. I, 22, 15. IO. NICOLA I de ritu Bacchanal. in GRONOV. theſ. VII, 192. αα) e. g. Cecrops vel Cercops, CIC. de N. D. I, 38, 107. conf. VOSS. de art. poët. c. 13. §. 3. ββ) e. g. in Cratylo p. m. 54. de legg. L. II. p. 527. vbi et ὕμνων eiſ meminit L. VIII. poſt initium. Generatim Platonicuſ de fontibuſ Orphicis hauſerunt. γγ) e. g. I, 23. 92. δδ) L. X. εε) ad Lycophronem, IO. TZETZEſ in ſhil. cet. ζζ) conf. LEHMANN l. c. p. 294-309. ηη) Archaeol. phil. p. 406.

res. Illuc pertinent, prae ceteris, Musaeus θθ) et eius filius Eumolpus; huc autem Homerus ιι), Hesiodus κκ), Heraclitus Ephesius κκ), Terpander μμ), alii poetae νν), singuli Pythagorei ξξ), quid? omnes propemodum Graeci. PROCLVS enim: ἀπασα, inquit, ἡ παρ' ἑλλησι θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐστὶ μυσταγωγίας ἐκγονος: et IVSTINVS ad profanas gentes ππ): Ὀρφεὺς γὰρ οὖν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος. Hinc a Thracibus θεησκεία, quem ad modum ceremoniae quaelibet sacrae ὄργια, velut Orphica sacra ρρ), dicebantur; et ipse poeta, κατ' ἐξοχὴν quasi, theologus. Certe SVIDAS σσ): Ὀρφεὺς θραξ πρῶτος ἐτεχνολόγησε τὰ ἑλλήνων μυστήρια, καὶ τὸ τιμᾶν θεὸν, θεησκεύειν ἐκάλεσεν, ὡς θρακῶν οὔσης τῆς εὐρέσεως: et GALENVS ττ): Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς θεολόγος, κ. τ. λ. Eodem pertinet obscurior et fabulosa proponendi ratio, quam paullisper immutabant Pythagorei. Sic enim PROCLVS υυ): ἐστὶ δὲ ὁ μὲν διὰ τῶν συμβόλων τὰ θεῖα μνηύειν ἐφιέμενος, Ὀρφικὸς, καὶ ὅλως τοῖς τὰς θεομυθίας γράφουσιν οἰκείος ὁ δὲ διὰ τῶν εἰκόνων πυθαγόρειος. Cum obscuritas allegoriarum oraculis conueniret, iisdemque δαιμονιώδες quidquam vindicaretur: hinc forte pariter, illusor iste doctrinae Christianae, CELSVS φφ), occasionem adripuit Orphea *virum sine controuersia sancto adflatum spiritu* nominandi. Refutabit hunc ipsum, quisque sit talis docebit, commilito maioribus honorificentissimis haud indignus,

CHR. GOTTLIB LENZ, Ger.

dum, postridie festorum H. L. Q. C. *maximam differentiam inter Orphicam et SPIRITVS SANCTI doctrinam*, or. Lat., diligenter elaborata, proponet. Ad hanc audiendam, SVMMOPERE VENERANDI CVRATORES, COLENDI FAVTORES, SINGVLI DIVINISSIMI SPIRITVS officinam atque litteraturam salutarem ADAMANTES, demississimis, ardentissimis, humanissimis precibus, a nobis inuitantur. P. P. Gerae d. XXX. Maii A. R. D. 1767.

θθ) TATIANVS l. c. p. 139. PAVS. X, 7. post init. Docet illud εὐχῆς initium: μάνθανε δὴ cet. Decipitur ergo CLEMENS Al. dum L. I. potius magiltrum nominat, conf. LAMBEC. p. 181. sqq. ιι) CLEM. Alex. *strom.* L. V. p. 618. κκ) *Gei. Lex.* v. Orpheus. λλ) CLEM. Al. L. VI. Refertur igitur inter plagiarios a TH. I. ALMELOVEEN in *opusculis* p. 187. μμ) PLVT. L. II. *de musica* p. 1132: ἐζηλωκένας δὲ Φασὶ τὸν Τέρπανδρον Ὀμήρου μὲν τὰ ἔπη Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη ὁ δὲ Ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος. νν) PLATO in *Ione* p. 362. PROCLVS in *PLATONIS theol.* I, 28. p. 68. III, 5. ante fin. 16. p. 203. 206. VI, 8. p. 363. ed. Hamb. 1618. FABRIC. B. Gr. I, 19, 1. 2. 4. sub fin. cap. ξξ) DIO D. Sic. I, 23. et 96. THEODORET. l. c. p. 468. IAMBLICHVS in *vita Pythagorae* c. 28. PROCLVS p. 9. Eodem spectant, quos Orphicos in *Cratylo* vocauit PLATO, philosophi. οο) in *Platonis theol.* I, 5. p. 13. conf. VI, 8. p. 363. ππ) conf. GRONOV. *thes.* A. Gr. V, 1826. ρρ) SERV. ad *VIRG. Aen.* III, 103. σσ) v. θεησκεία. ττ) longiorem eum locum excepserit ESCHENB. l. c. p. 183. sq. Sic et in excerptis apud WOLFIVM l. c. p. 198, adpellatur ὁ θεῖος p. 209. ἑλλήνων θεολόγος cet. υυ) l. c. φφ) L. I. p. 14. VII. p. 359. 367.

* * *